sita oī finitione demonstratōis et ostēso diffinitiones illā bene esse assignatam. In pte ista declarat p̄tulas in diffinitione demonstratōis positas. Circa q̄d tria facit qz p̄mo declarat qz demonstratio debet eē ex veris. 2^o qz ex p̄mis et immediatis. 3^o qz debet esse ex p̄ozibus et notioribus. secūda ibi (Ex p̄mis aut) tertia ibi (Causas qdes notiores.) Dicit q̄ qz (vex qdes igit oz esse) qd dem̄strat. (qm̄ quod nō est non) p̄tingit (scire. vt qz diametros sit simetros). i. sit p̄mensurabilis coste. ¶ Dubitaret forte aliqs. vtz oporteat esse quod demonstrat. et vide qz nō qz de rosa p̄t haberi scia nulla rosa existente. ridiculū n. esset dicere qz habens sciaz de rosa p̄deret suā sciam rosa corrupta. ¶ Preterea Euclides dat i geometria suaz sciam de corpe. xy. pentagonoz eq̄lium collocabilium in spha. forte nullus est tale corpus in quo sint. xy. pentagona sic equalia qz possint sic collocari in spha qz si spha attingat angulū vnius pentagoni. qz attingat oēs angulos oium pentagonoz. In contrariū est p̄hs volēs qz illud quod nō ē nō cōtingit scire. et asserens qz oz eē qd demonstrat. ¶ Dicendū qz q̄ruz ad p̄sens spectat dupl̄r p̄t dici de aliquo qz sit. vel qz est actu ens vel qz est res p̄dicamenti. Si q̄ querat vtrū oporteat res eē actualiter ad hoc qz de eis sit scia. p̄z qz nō p̄rōnes tactas. quia possumus habere sciaz de rosa nulla rosa actualr ex̄tēte et possumus habere sciam de corpore. xy. pentagonoz nullo tali corpore ex̄tēte. imo cū p̄itellēs abstrahimus res ab h̄ actuali ex̄tētia et intelligimus eas fm̄ suā qditatez icōueniēs est d̄re qz de nulla re possit eē scia nisi actualr existat. accidit. n. rei vt est scibile et vt ad intellectū cōparat qz actualiter sit. cū dictū sit qz res sic accepta abstrahat p̄ intellectū a suo actuali eē. Sz si q̄rit vtz oporteat quodlibet scibile saltē eē rē aliquā p̄dicamenti dato qz actualiter nō existat. dici oz qz sic. Nam cū scia nō sit nisi de ente vt plane v̄t hic velle p̄hs. et ens p̄ se diuidat i. x. p̄dicamenta vt vult p̄hs. 5^o metha. oz qdlibet scibile eē rē aliquā alicuius p̄dicamenti. res aut collocant in p̄dicamento non p̄ suū actuale esse s̄z p̄ suā qditatez. qditatez aut intelligit̄ aliqd i potentia ad eē actuale. qditatez ergo h̄nt nō solū q̄ actualr existunt et que sunt i se et sunt cōiūcta suo actuali eē. s̄z etiā dicunt̄ h̄re qditatez et sunt res p̄dicamenti et p̄nt intelligi ab intellectu et esse qd scibile q̄ nō sunt i se nec h̄nt actuale eē. s̄z sunt in suis causis et p̄nt eē. Est. n. triāgulus res p̄dicamenti. et h̄n dictū est qz sup̄ficies triāgularis est i p̄dicamento quātitatez et est spēs q̄titatez cōtinue dato qz nulla talis sup̄ficies esset. Ea aut q̄ nec sunt i se nec i suis causis. s̄z solū sūt entia apud aiā vt agelaphus et chymera nō sunt scibilia nec sunt res alicuius p̄dicamēti. p̄z q̄liter oporteat esse ens qd scitur. Et p̄iaz dicta soluta sūt argumenta. ¶ Uterius aut dato qz nō oporteat subz eē actualr ex̄tēns s̄z suffic̄ qz sit res p̄dicamēti et qz sit p̄z suā qditatez ad h̄ qz de eo sit scia. Dubitaret forte aliqs vtrū oporteat passionē p̄bandā de subiecto actualr existere ad hoc qz de ea sit scia. et videt qz sic. qz p̄ demonstrationē p̄cludit̄ passionē inesse subiecto. sed nō inest aliqd alicui nisi habeat actuale eē ergo nulla passio de subiecto p̄bat̄ nisi actualr existat. ¶ In cōtrariū est qz subiecto nō ex̄tēte actualr oz qz nec actualr existat p̄a^o quare si p̄t haberi scia de subiecto nō actualr ex̄tēte habebit̄ de passioe dato qz actualr ex̄tēnt non existat. ¶ Dicendū qz cū quod qd est sit obiectū intellectus. et res scite p̄siderēt fm̄ suā qditatez nō fm̄ suū

actuale eē. sicut abstrahimus subiectū a suo actuali eē. et intelligimus ipm̄ fm̄ suā qditatez. sic abstrahimus et passionē de subiecto p̄bandā. Si q̄ querat q̄l̄ oporteat eē passionē ad hoc qz de ea sit scia. et qz possit d̄ subiecto p̄bari dici oz qz cū p̄a^o causef a p̄ncipys subiecti et oriāt a subiecto. sicut sufficit ad hoc qz subiectū sit qd scibile qz habeat eēntiale ordinē ad suas cās. sic ad hoc qz p̄a^o sit qd scibile et qz possit p̄bari de aliquo subiecto sufficit qz habeat eēntiale ordinē ad subiectū illud. nullo. n. triāgulo ex̄tēte demonstrabit̄ de eo h̄re tres eo qz hec p̄a^o habeat eēntiale ordinē ad ipm̄. ¶ Uterius forte dubitaret aliqs de quo eē intelligit̄ p̄hs cū ait qz eē oz quod scitur. Dicendū qz omne eē de quo hic loq̄tur p̄hs ē idem quod eē verū. hic enī intendit p̄hs p̄bare qz demonstratio sit ex veris. veritas aut h̄z eē circa cōpōnē et diuisionē. vnde et p̄hs. 5. meta. ait. qz vno mō d̄r ens quod significat qditatez p̄dicamētoz. alio mō ens quod significat veritatez rei. et cū dicimus aliqd eē fm̄ p̄hm̄ demonstrabimus suā veritatez. cū dicimus aliqd nō eē demonstrabimus suaz falsitatez. put ergo eē vel nō eē sumit̄ in p̄pōnibus put dicit veritatez p̄pōnū vel enunciationū sumit̄ hic eē cū dicit̄ qz oz hic eē quod scitur. ¶ Propter quod sciendū qz eē in p̄pōnibus non noīat actualem ex̄tētia sed noīat habitudinem predicati ad subiectū. hoc enīz verbū est put copulat predicatū cum subiecto et put est nota dicendi de alio non dicit ipsam actualem ex̄tētia sed p̄significat quandam cōpōnē et quandā habitudinez predicati ad subiectū quā sine cōpōsitio nō est intelligere. Lū. n. dicit̄ qd est pluuia. et respōdet pluuia est aq̄ guttaris cadens. vera est hec locutō ēt pluuia nō ex̄tēte. nā cū d̄r pluuia est aq̄ guttati cadens nō ē intellectus p̄pōnis qz pluuia habeat actuale eē nec qz actualr existat. s̄z qz p̄dicatū aq̄ guttati cadens h̄z se p̄ habitudinē ad subm̄ qd est pluuia. hoc q̄mō oz eē qd scit̄ et d̄mōstrat. et h̄ mō oz demonstratio eē ex veris. qz in p̄pōnibus ex̄ qbus d̄mōstratio p̄stituit̄ p̄dicata h̄nt p̄ se ordinē ad subiecta Lū. n. dico triāgulus h̄z tres vera ē p̄pō. et nō est itellēs p̄pōsitionis qz triangulus actualiter existat sed qz hec passio habere tres habeat per se ordinem ad triangulū demonstratio ergo est ex veris et est ex his que sunt p̄zo/ ut eē dicit per se habitudinez predicati ad subiectum. nō aut demonstratio est ex falsis nec ex his que non sunt. qz non est ex his que habent oppositā habitudinez ad subiectū. vt quia simetrū habet repugnantia ad dyamet̄z non est quid scibile nec cadit sub scia qz dyamet̄rū sit simetrum coste. ¶ Uterius aut forte dubitaret aliquis de p̄batione aristo. vult enim p̄bare qz demonstratio sit ex veris. ipe. n. ait. oz vex eē quod scit̄ et qd demonstrat. Lum q̄ vex possit concludi ex falsis. vt p̄z p̄hm̄ in 2^o p̄ozum. quantūcūqz verum sit quod demonstrat et vex sit quod scit̄. poterit tñ dem̄stratio eē ex falsis. Dicendū qz sillogismus est p̄sequencia quedam in qua p̄misse habent se vt antecedens et p̄clusio vt p̄sequens. Constat aut qz si antecedēs est qz de necitate p̄sequens est. sic et in oī forma sillogistica si p̄misse sūt vere p̄clo de necitate est vera. non tñ oz qz si antecedens non est qz p̄sequens nō sit. p̄t enim p̄tingere qz nō sit antecedens et tamen sit cōsequens. vt qz non sit homo et tamen sit animal. sic non oportet si p̄misse sunt falsae qz de necitate p̄clo sit falsa p̄t enīz ex falsis sequi vex. et simul cum falsitate p̄mis̄ sap̄ potest stare veritas p̄clusionis. ¶ Aduertendū tñ qz vt idem p̄hs tradidit in 2^o p̄oz. qz ex falsis possit sequi verum hoc non est propter quid sed quia. falsitas n. p̄missarum non ē causa veritatis cōclōnis. ipm̄. n. nō

Posteriorum

esse antecedētis non pōt esse causa quare sit consequens. potest enim contingere q̄ non sit homo & tamē animal sit sed tamen ipsum non esse homines non potest eē causa q̄ sit animal. sed accidit sic esse. sic & in proposito potest contingere q̄ pmissis nō sint vere s; sint false. conclusio autē sit vera. s; hoc nō est pp̄ qd nec ē cāl̄ s; erit q̄ ita accidit conclusio q̄ vera nō pōt seq̄ ex pmissis falsis tāq̄ ex cā. igit̄ si q̄ d̄mōstrat est vep̄ & h; vep̄ iferē cāl̄iter ex pmissis q̄ d̄mōstratio facit scire. & i d̄mōstratōe pmissis sūt cā conclusionis o; pmissas eē veras. Bona est ergo rō p̄bi q̄ si verū ē quod d̄mōstrat & vep̄ ē qd̄ scit̄ oportet d̄mōstratōem eē ex veris. q̄ cāl̄ & ppter qd̄ verū nō pōt cludi nisi ex veris. ¶ Ulterius at̄ forte dubitaret aliqui qm̄ impossibile sit diametrū eē simetrū coste. ¶ Dicēdus qm̄ simetrū idē est qd̄ mēsurabile. illa sunt mēsurabilia q̄ cōicant̄ i aliq̄ vna mēsurā. si q̄ esset aliqua vna linea q̄ truncūq̄ eēt modica que mēsuraret diametrū pōt mēsurare costā vel ecōuerso essent costā & diameter mēsurabilia. & haberet se diameter ad costā sicut aliq̄ numerus ad aliq̄ numerū. nā si aliqua vna linea mēsuraret vtrūq̄ oporteret q̄ illa linea i aliquo alio numero p̄tineat̄ i diametro & in aliquo alio numero in costā. vt si linea vnus palmi mēsurat diametrū & costā vt forte q̄ diameter ē q̄q̄ palmaz̄ & costā q̄ttuor. hēbit se diameter ad costā sicut q̄q̄ ad q̄ttuor. vel si illa linea sit i aliq̄ alio nūero i diametro & i aliq̄ alio nūero i costā. habebit se diameter ad costā sicut ille numerus ad aliū numerū. & q̄dratū diametri se habebit ad q̄dratū coste sicut q̄dratū illius numeri ad q̄dratū illius alterius numeri. q̄re cū q̄dratū diametri sit dupl̄ ad q̄dratū coste vt p̄bat̄ i penultia Euclidis pōt inuēiri aliq̄ numerus q̄dratus q̄ diuideret̄ i duo eqliā q̄drata qd̄ ē ipole. Cū q̄ d̄mōstratio diameter de necessitate ē icōmēsurabilis coste. itelligēdū ē de costā q̄drati h̄nt̄ latera eqliā nā i superficie h̄nt̄ latera icōmēsurabilia pōt diameter eē mēsurabilis coste q̄ s; sit ipole iuenire numerū q̄dratū q̄ pōt set diuidi i duo q̄drata eqliā. pōt tñ repiri nūerus aliq̄ q̄dratus q̄ diuidit̄ i duo q̄drata icōmēsurabilia vt. xxy. est numerus q̄dratus & diuidit̄ i. xvi. & ix. quoz̄ et̄ qlz̄ est quādratus. igit̄ i superficie a. b. c. d. costā. a. b. sit q̄ttuor pedus & costā. b. c. sit triū pedū. diameter. a. c. est cōmēsurabilis cuiilibet istaz̄ costaz̄ & erit q̄q̄ pedū. pes q̄ mēsurabilis diametrū. a. c. mēsurabit̄ vtrāq̄ costā. eqliā. n. q̄dratū diametri. a. c. q̄drato vtriusq̄ coste & hēbit se ad vtrūq̄ q̄dratū sicut numerus ad nūerū. vt sicut. xxy. ad. xvi. & ad. ix. cū ē diameter pōat̄. v. pedū & v. i se ductū faciat xxy. costā at̄ maior pōat̄. iiii. pedū q̄ i se ducti faciunt ix. habebit se q̄dratus diameter ad q̄dratū coste maioris sicut. xxy. ad. xvi. ad q̄dratū at̄ minoris sicut. xxy. ad ix. q̄ duo q̄drata duaz̄ costaz̄. vs. xvi. & ix. eqliā. xxy. qd̄ est q̄dratū diametri. repit̄ q̄ cōmēsurabilitas iter diametrū & costā si sint coste icōmēsurabiles non aut̄ si sint euales. huius at̄ rō est superius tacta. vs. q̄ pōt iueniri aliq̄ numerus q̄dratus q̄ pōt diuidi i duo q̄drata icōmēsurabilia. nequaquā aut̄ iueniri pōt q̄dratus aliq̄ numerus q̄ in duo q̄drata eqliā scindi possit. ¶ Deinde cum dicit. (Ex pmissis autē) ostendit d̄mōstratōes debere eē ex pmissis & immediatis. dicit̄ q̄ (ex pmissis autē & idemonstrabilibus). i. ex pmissis & immediatis o; eē su. d̄mōstratōe (q̄ non sciret nō habēs d̄mōstratōes ipsoz̄). i. p̄ ipsa. vs. p̄ p̄ma & imediata. & subdit̄ cāz̄. d. q̄ (scire est) supple p̄ ea (quoz̄). i. p̄ que (est d̄mōstratio) supple p̄ se p̄mo. & addit̄ q̄ (& nō fm̄ accidens habere d̄mōstrationem). quasi dicat̄ q̄

scire est per d̄mōstrationem per se. & per cās p̄ se. & nō per d̄mōstrationē p̄ accidens nec p̄ cās p̄ accidens. ¶ Notandū q̄ pōt hec rō sic formari. sine q̄bus non contingit scire ex illis o; d̄mōstrationē esse. s; sine p̄mis & imediatis nō contingit scire. q̄ ex p̄mis & imediatis o; d̄mōstratōes eē. id̄ ait̄ q̄ nō sciret. i. nō cōtingeret scire nō h̄ns d̄mōstrationē ipsoz̄. i. p̄ ipsa. i. per p̄ma & imediata. ¶ Notandū autē q̄ d̄mōstratio sit ex aliquibus p̄missis tunc quero vtrū ille p̄mis sit idemonstrabilis & si sint p̄mis & imediata vel nō. si sint idemonstrabiles habetur intentū. si aut̄ p̄nt d̄mōstrari vel habet̄ d̄mōstratio d̄ eis vel nō. si sint idemonstrabiles & nō d̄mōstrant̄. q̄ sūt ignozate. ignozatis autē p̄mis ignozat̄ cōcl̄o. nō q̄ contingit scire per aliqua d̄mōstrabilia nisi habeat̄ eoz̄ d̄mōstratio. ergo semper d̄mōstratio vt faciat scire o; q̄ sit ex idemonstrabilibus. q̄ nō getat̄ intellectus. nec aggenatur in nobis scia simpl̄ nisi sit deuentū vtrūq̄ ad idemonstrabilia. ¶ Id̄ d̄ in p̄mo thopicoz̄. q̄ d̄mōstratio ē ex p̄mis & veris aut p̄ ea que sūt p̄ma & vera sumpserūt originē. d̄mōstratio q̄ vel est p̄ idemonstrabilia imediata vel est per d̄mōstrabilia ad idemonstrabilia reducta. ¶ Notandū etiā q̄ si dicat̄ q̄ d̄mōstratio ē ex idemonstrabilibus vera ē pp̄o. q̄ semp̄ ē ex idemonstrabilibus. vel imediata si ipse p̄mis sit idemonstrabilis. vel imediata q̄ si p̄mis sit idemonstrabilis vt faciāt scire o; eas ad idemonstrabilia reducere. ¶ Rursus si dicat̄ q̄ d̄mōstratio pōt eē ex idemonstrabilibus vt ad idemonstrabilia reducūtur vera est pp̄o. Dupl̄ ergo poterit legi l̄ra p̄bi. p̄mo vt h̄ quod dico referat̄ ad p̄ma idemonstrabilia. vt sit sensus. h̄ dico d̄mōstrationē debere eē ex p̄mis & idemonstrabilibus. q̄ nō sciet nō h̄ns d̄mōstratio nē ipsoz̄. i. per ipsa p̄ma & idemonstrabilia. nā scire est p̄ p̄ma & idemonstrabilia quoz̄. i. per que est d̄mōstratio p̄ se & nō p̄ accidens. alio modo h̄ qd̄ dico ipsoz̄ pōt referri ad ipsa d̄mōstrabilia put̄ ad idemonstrabilia reducunt̄. vt sit sensus q̄ d̄mōstratio est ex p̄mis et idemonstrabilibus. q̄ nō sciet aliquis supple p̄ d̄mōstrabilia. & nō h̄ns d̄mōstratio nē ipsoz̄. Id̄ subdit̄. q̄ scire est supple p̄ ea q̄z̄ d̄mōstratio ē habere d̄mōstrationē eo q̄ p̄ se. & nō habere d̄mōstratio nē fm̄ accidens. q̄ sit d. q̄ p̄ d̄mōstrabilia nō ē scia nisi de ipsis d̄mōstrabilibus h̄ret̄ d̄mōstratio. & o; q̄ h̄ d̄mōstratio etiā sit p̄ se nō per accidens o; d̄mōstrabilia d̄mōstrari & ad idemonstrabilia reduci si ex eis debeat eē d̄mōstratio. semper q̄ est d̄mōstratio ex idemonstrabilibus vel imediata vel imediata. ¶ Notandū etiā q̄ si fiat d̄mōstratio ex idemonstrabilibus. vt patet. o; illa d̄mōstrabilia d̄mōstrari sed si fiat d̄mōstratio p̄ se & p̄ causas cū in talibus nō sit abire in infinitū. o; tādē ad idemonstrabilia deuenire Ad remouendu ergo p̄cessū p̄ accidens fm̄ quē possemus d̄mōstrare nec vnq̄ deueniremus ad p̄ma & ad idemonstrabilia ait̄ q̄ scire est non per accidens habere d̄mōstratōes. ¶ Deinde cum dicit. (Causas quidē notiozes.) ostendit q̄ oportet d̄mōstrationē eē ex p̄mis & notiozibus. Circa q̄ duo facit. quia primo ponit hoc generaliter et cōmuniter. 2. specialr̄ ibi. (Est aut̄ p̄ncipiū d̄mōstratōis) Circa p̄mum tria facit. q̄ p̄mo adducit vnam quandāz̄ rōnem cōm. q̄ o; d̄mōstrationē eē ex p̄mis & notiozibus. 2. exponit quō sint accipienda p̄iora & notioziora. 3. remouet quandā dubitationē que pōt ex dictis originem sumere. scda ibi. (p̄iora autē & notioziora) tertia ibi (Ex p̄mis autē) In p̄ma parte intendit talem rōnem Quicquid est per causas que vere cause sunt semp̄ ē per p̄iora & notioziora. d̄mōstratio est per causas que vere cause sunt. q̄ & c. Id̄ ait̄. (Cās q̄dēz̄ o; notioziora eē & p̄mas

cās qdē). q. d. q. cā nō sūt soluz notiores s; ēt cause fm q. cāc sūt prime vel piores. sed (qm̄ tūc scimus cū cās cognoscimus si v̄e cāc sūt piores z notiores) su. oz. eē (nō solū alio mō itelligendo) qd sūt (s; i sciēdo qm̄ sūt) ¶ Notādū āt q. fm̄ expositōez cōem cā p se loquendo est notior effectu. nō solū q̄tum ad qd est s; ēt q̄tus ad qz est. vt si vis scire eclipsim solis. nō soluz oz te scire qd est lune iterpositio. sed ēt qz est huius iterpositio. et qz luna iterponit. Possumus tñ alr dicere z forte melius vt dicamus q. effectus facit aliqd i ferre cause. ppe. sed nō facit eē effectus q. est cāc solū alio mō. v3. q̄tū ad i ferre. sed nō est cāc qm̄ est. i. q̄tum ad eē. s; cāc si cāc vere sunt. sūt cause effectū nō soluz altero modo vt qz p cās possumus itelligere effectus z possumus p eas effectus ocludere z i ferre. s; ēt sunt cāc qm̄ sūt. i. q̄tum ad eē. notiores q̄ sunt cāc effectibus qz sunt cāc vtroqz mō z q̄tum ad i ferre z q̄tum ad eē. ¶ Deide cum dicit (Piora aut z notiora.) exponit quō sūt accipiēda pōza z notiora. Circa quod duo facit. qz pmo distinguit de pōri z notiori. z declarat diffinitōis mēbra ibi (dico autē pōza.) Dicit q. pōza z notiora sunt duplr. v3. quo ad nās z quo ad nos. Jō subdit q. (nō. n. idē est p̄us nā z ad nos). i. quo ad nos (nec) ē dicere idē (notius nā z notius nobis) ¶ Notādū āt q. cū duplr dicatur p̄us z duplr notius. v3. quo ad nās z quo ad nos. demōstratō simplr q̄ est p veras cās semper pcedit p pōza z notiora quo ad nos. ¶ Notādū ēt q. fm̄ cōmentatorē sup p̄mū p̄hycoz. In mathematicis est notior quo ad nos cā qz effectus. i. nālibus aut ecōuerso. Secūdū q̄ hunc modū loquendi in demōstratōibus mathematicis pcedimus p pōza z notiora vtroqz mō z quo ad nām z quo ad nos. qz idēz est ibi p̄us z notius nā z nobis. In nālibus āt s; vplurimum fiāt demōstratōes nō potissime s; p effectus. tñ si insti tuat ordo cōtrarius ei q̄ est a p̄cipio qōnū z fiat demōstratio p cām fiet p notius nāc nō nobis. bñ q̄ dicitur est q. nō est idē p̄us z notius nature z nobis. s; sit idē i aliquibus vt i mathematicis. nō tñ est idē i oibus qz nō ē idēz i nālibus. ¶ Deide cū dicit. (Dico aut pōza.) Exponit q̄ dixit ostēdens q̄ sunt pōza z notiora nobis z que nature dicēs (dico āt pōza nobis z notiora p̄ima sensui notiora aut simplr) z quo ad nām (que longius sunt) supple a sensu. Et subdit q. (sunt autē qdā lōgiora) a sensu maxime (v̄lia. p̄ima aut) sensui (singularia) et subdit q. (opponunt̄ hec adiucē). nā si nō est idē eē lōginquū et p̄p̄iquū. z si lōginqtas z p̄p̄inqtas bñt quādā repugnātia z quādā oppōnez adiucē. oz adiucē bñe quandam repugnātia p̄us nā z p̄us nobis. cum v̄nā sit singularē z p̄p̄iquū sensui. aliud v̄le z remotū a sensu. ¶ Dubitarz forte aliqs qz videt q. p̄hs sit sibi cōtrarius hic z i p̄mo p̄hycoz z ēt i z? metha. nā i p̄mo p̄hycoz vult q. sint nobis nota magis cōfusa. i. v̄lia. ēt i z? meta. vult q. qdā se bñt sicut locus ianue in domo quē nullus ignorat. qd exponēs cōmentator ait q. h̄s sunt p̄pōes maxie v̄les. q̄tā i p̄p̄hycoz q̄ i z. metha. v̄ velle q. sunt nobis p̄us nota magis v̄lia. hic aut q. magis singularia. ¶ Dicēdū q. eē aliqd notius z p̄us quo ad nos pōt duplr itelligi. vel in eodē gñe cognitiōis. vel absolute z simplr. Si in eodē genere cognitiōis vera est sentētia libri p̄hycoz qz tā apud itellectū qz apud sensuz sunt p̄us nota cōfusa magis vt apud itellectum sunt p̄us nota magis cōfusa. i. magis v̄lia. apud sensuz v̄o sūt p̄us nota magis cōfusa. i. ea que sunt particularia. magis cōfusa. i. magis v̄lia. vt p3 qz si a remotis aspiciunt̄ aliqd. p̄ius cogici

mus p̄ sensuz q. est aliquod corpus. postea q. ē aliquod aial. z postea q. est aliqs bō. per itellectū vero p̄ius cognoscimus q. est corpus. postea q. v̄e aial. postea q. ē bō. Constat aut q. corpus est v̄lius q̄ aial z aial q̄ homo. z aliquod corpus est particulare v̄lius q̄ aliquod aial vt q̄ aliquis homo. bñ q̄ dicitū est q. i eodē gñe cognis sensitiue z ēt itellectiue sūt nobis nota cōfusa magis. S; si q̄stio nō arctet ad alterū genus cognis. vt nō dicat qd ē nobis notius fm̄ itellectū vel fm̄ sensum. sed absolute q̄rat que sunt notiora. vera ē snia que hic tradit. nā cuz nra cognitio incipiat a sensu z sensus nō iudicat nec ap̄prehēdat nisi particularia segtur q. sūt nobis p̄us nota particularia q̄ v̄lia. s; fm̄ nām quod qd est z v̄le sit p̄us z notius particulari. Ex hoc āt patere pōt quō demōstrati ones mathematice pcedūt nō soluz ex p̄oibus quo ad nām sed etiā ex p̄oibus quo ad nos. Exponendū. n. est quo ad nos. i. quo ad nram cognem itellectiā. qz itellectui nō ibi p̄us se offerunt cause q̄ effectus. sed si itelligat quo ad nos absolute z simplr nō ē v̄ez. qz tē pcedent mathematice ex particularibus cū absolute loquēdo nostra cognitio incipiat a sensu. z simplr loquēdo sunt nobis particularia p̄us nota. videmus aut sic non esse quia mathematice nō pcedunt inductive z a posterioribus sed demōstratiue z a p̄oibus. ¶ Deinde cū dicit. (Ex p̄mis aut) remouet quandā obiectionē que ex habitis poss; h̄e ortū. oñderat. n. demōstrationē eē ex v̄is p̄imis z imediatis prioribus z notioribus. non autem oñderat quō sit ex causis p̄clonis. i. ex p̄p̄us p̄cipus. iō ad hoc remouēdū ait (Ex p̄mis aut ē). i. ex quo demōstratio est ex p̄imis. segtur su. (q. ex p̄p̄us p̄cipus est Jdem enim dico p̄mū z p̄cipiū) ¶ Notādū aut q. s; p̄m. z. meta. semper i omni gñe illud qd est p̄mū z qd ē maxime tale est causa z p̄cipiū oium eoz q̄ sunt post er qz p̄mū h̄z rōem cause z p̄cipū. z idē ē p̄mū z p̄cipiū. q. ex quo p̄batū est. s. q. oz demōstratōez pcedere p̄ p̄ima z nō p̄ accēs s; p se. sufficiēter oñdebat q. demōstratio pcedit p p̄p̄a p̄cipia qz pcedit p p̄p̄a p̄ima.

St autem principium etc.

¶ Postq̄ p̄hs assignauit v̄nā rōnē cōmuncem q. demōstratio eēt p pōza z notiora qz erat p cās. In ista parte adducit ad hoc idem rōnes sp̄ales. qz. n. p̄ius probauit cōiuncti z p v̄nā rōnē. In ista pte p̄bat diuisis z p p̄les rōnes. Jō duo facit fm̄ q. duo p̄bare intendit. nās p̄mo p̄bat q. demōstratio sit ex p̄oibus. z. q. sit ex notioribus ibi (qm̄ aut oz creder.) Circa p̄mū duo facit. qz p̄mo p̄bat q. demōstratio sit ex p̄oibus. z? māifestat z declarat quedā de quibus fecerat mentionē ibi (p̄pō āt enūciatōis) In p̄ma pte itēdit talē rōnem. cuiuscūqz sillogismi ē p̄ncipiū p̄pō imediata q̄ nō est altera prior ille sillus pcedit p p̄iora. sed sillogismi demōstratiui siue demōstratōis ē h̄p̄ p̄cipiū. q. zc. Sūdat aut hec rō super duabus p̄pōnibus. quarū p̄ma est q. p̄cipiū demōstratōis sit p̄pō imediata. sc̄ba āt ē q. imediata p̄pō est qua nō est altera p̄oz. Ex his aut duabus p̄pōnibus māifeste cōcludit demōstratōez eē ex prioribus. hoc ē ergo quod ait q. (ē aut p̄cipiū demōstratōis p̄positio imediata.) z subdit q. (imediata aut) p̄pō (est q̄ nō est altera prior) Tūc ergo est supplēda rō q. oz demōstratōez eē ex prioribus cuz sit ex p̄pōnibus imediatis quibus nō sūt alie p̄ozes. ¶ Dubitaret forte aliqs. vtrum p̄pōnes q̄ ingrediunt̄ demōstrationē possint eē imediate. z v̄ q. nō. qz cum quedaz p̄pōsitiones ingrediunt̄ demōstratōez fm̄ substātia vt p̄missē. quedā vero ingrediuntur solū

Posteriorum

fm virtutē vt dignitates. nulle ppōnes ingrediētes demō-
 strationez fm substantiā pnt eē imediate cum babeāt
 alias ppositioes vt dignitates que sunt pōzes ipsīs.
 ¶ In cōtrariū est phs volens demōstratōez eē ex p̄mis
 veris r imediatis. ¶ Dicendū q̄ cuz dicimus imediata
 ppō qua nō est altera pōz. nō est itelligendū hoc abso-
 lute r simplr. s; glosandū est qua nō ē altera pōz. s; p̄ qua
 possit demōstrari. vnde phs cum prius dixisset q̄ oēs
 demōstratōez eē ex p̄mis r imediatis. volēs hoc decla-
 rare. probat q̄ oēs aut demōstrationē eē ex p̄mis r inde-
 monstrabilibus. p eodē ergo accipit p̄mū r demonstra-
 bile. pnt ḡ p̄missē eē imediate q̄ tuncunq; dignitates q̄
 dicūtur maxime ppōnes sint pōzes illis. nā p̄ h̄s digni-
 tates nō pnt eē demōstratōez. cū dignitates sint ppositi-
 oes cōmunes. r demōstratio nō sit p cōia sed per ppōia.
 ¶ Alterius forte dubitaret aliqs vtz sint ppōnes ime-
 diate dignitates que nō ingrediūtur demōstratōez nisi
 fm virtutē. r vt q̄ nō qz imediatū sonat idē qd̄ p̄ximuz.
 illa aut sunt imediata alicui que sunt p̄p̄qua r p̄xima
 illi. dignitates ḡ nō sūt p̄ncipia p̄xima sed sunt p̄nci-
 pia v̄lia r remota imediate ppositioes dici nō debēt.
 ¶ Dicendū q̄ duplex est p̄ncipiū. p̄plexū r icōplexum.
 dignitates ḡ sūt p̄ncipia p̄plexa. termini aut ex quibus
 cōponunt dignitates possunt dici p̄ncipia icōplexa. ex
 terminis ḡ r p̄ncipijs icōplexis fiunt ppōnes que sunt
 p̄ncipia cōplexa. ex ppōnibus aut cōcludūtur cōclones
 Dignitates ḡ r vlr oēs ppōnes p̄missē respiciūt termi-
 nos tāq; p̄ncipia. cōclones tāq; p̄ncipia. Immediatū
 ḡ qz idē sonat qd̄ p̄p̄iū r p̄ximū. duplr pōt accipi. vlr qz
 est p̄p̄quū p̄ncipijs. vel qz p̄p̄quū cōclonibus. Digni-
 tates ḡ sunt ppōnes imediate qz veritas dignitatū est
 valde p̄p̄iq; p̄ncipijs icōplexis r est valde p̄xima signi-
 ficatis terminoz. statū. n. cū scimus qd̄ est qd̄ d̄ p̄ nomē
 r statū cū itelligimus significata terminoz cōcedimus
 dignitatē verā esse. Immediatū ḡ put hic de imediato
 loqm̄r nō est accipiendū ex pte posterioris. vt dicatur
 illa ppō imediata q̄ nō h̄z aliā posteriōrē vel q̄ ē valde
 p̄p̄inā posteriōri. sed accipiendū ē imediatū ex pte p̄ori
 vt dicat illa ppō imediata que nō h̄z aliquam p̄iorē
 Immediatū. n. sonat qd̄ sine medio. sine medio aut pōt
 dici aliqd̄ duplr. vel qz nō h̄z aliud mediū p quod p̄bet
 sed s̄p̄ia est nota. vel qz nō h̄z mediū p quod p̄bet con-
 clusionē sed per seipsam p̄bat r infert cōclusionē suā.
 dignitates ergo sunt ppōes imediate qz nō h̄nt mediū
 p quod p̄benē sed seipsis sunt note. p̄missē aut sunt ime-
 diate. qz nō habent aliud mediū p quod p̄bent r infe-
 rant cōclonē illā. Dignitates ḡ sunt ppōnes imediate.
 qz nō habēt mediū p quod p̄bentur. sed q̄ seipsis sunt
 note. nō at sunt imediate q̄ sint p̄xime cōcloni r nō per
 aliud mediū p̄bent r cōcludāt cōclonē aliq; Sunt. n. di-
 gnitates respectu cōclonū demōstratōez. sicut est virtus so-
 laris respectu pullulatōis plātarū. nā sicut virtus sola-
 ris nūq; est imediatū p̄ncipiū pullulatōis. sed h̄s virtus
 mediāte virtute pullulatiā facit arbores pullulare. v̄tus
 ergo pullulatiua itelligit eē cā media iter vtutē solārē
 r actū pullulati. sic nunq; dignitates sunt imediatū p̄n-
 cipiū cōcludendi cōclusionē demōstratiuā. qz nunq; di-
 gnitates ingrediunt demōstratiuā fm substantiā. Sunt ḡ
 p̄missē q̄si cā media iter dignitates r cōclusiones. ita q̄
 dignitates mediātibus p̄missis cōcludūt cōclones demō-
 stratiuā. sunt ergo dignitates ppōnes imediate r p̄xie
 nō qz sint p̄xime conclusioni p̄bādē s; qz sint p̄xime
 terminis r p̄ncipijs icōplexis. ¶ Alterius at̄ dato q̄ di-
 gnitates possunt dici ppōnes imediate mō quo dictū ē

Dubitaret forte aliqs vtz eo modo possint dici ppōes
 imediate dignitates r p̄missē. ¶ Dicendū q̄ q̄tū ad p̄-
 sens spectat triplicē differētiā assignare possumus iter
 imediatōez dignitatū r p̄missaz. Prima d̄fia est qz oēs
 dignitates sunt ppōnes imediate. qz nō h̄nt mediū p
 qd̄ demōstrent. s; nō oēs p̄missē cuiuscūq; demōstratōis
 sunt imediate qz nō h̄nt mediū p quod demōstrent. di-
 cebat. n. supra. demōstratōez eē ex p̄mis r imediatis vlr
 ex his q̄ ex p̄mis r imediatis sumperūt originē. p̄missē
 ḡ i demōstratōe nō semp̄ sunt p se r imediate. s; sufficit
 q̄ eas sciamus reducere i p̄mas r imediatas. r q̄ ex ta-
 talibus p̄ncipiū sumperunt. Scōda d̄fia ē qz dignitates
 sunt imediate qz nō h̄nt alias pōzes absolute r simplr
 r maxime dignitas illa de quol; affirmatio vel negatō
 simplr r absolute est. ppō pōz r nulla ē pōz illa imo oēs
 alie ppōnes firmanē r roboranē i ipsā. s; nulla p̄missa
 alicuius demōstratōis est sic imediata q̄ simplr r abso-
 lute nullā habeat ppōnē pōzes. nā dignitates sūt ppō-
 nes pōzes q̄buscūq; p̄missis. s; vt dicebat p̄missē in de-
 mōstratōibus possunt eē imediate. nō q̄ absolute nul-
 las habeāt pōzes. s; qz nō h̄nt aliq; pōzes p̄qs valeant
 demōstrari. Tertia d̄fia est qz p̄missē possunt eē duplr
 imediate. nā pnt eē imediate ex pte p̄ncipioz vt qz esse
 pnt ita p̄p̄ique p̄ncipijs q̄ nō pnt demōstrari. r pnt eē
 imediate ex pte cōclonū qz pnt eē ita p̄p̄ique alicui
 cōcloni qz ingrediunt demōstrationē fm substantiā q̄
 imediate iferunt cōclusionē illā. dignitates at̄ pnt dici
 hoc modo imediate. qz sunt idemōstrabiles. nō aut pnt
 dici imediate q̄ sint p̄xime r p̄p̄inque cōcloni que con-
 cludūt. nā si ex dignitatibus r cōibus ppōnibus fieret
 sillogismus aliquis ita qz dignitates r cōes ppōnes in-
 grederent fm substantiā sillogismū illū vt pōt patere
 per habita. h̄s sillogismus nō eēt demonstratio. qz p̄ce-
 deret p cōia r nō p p̄p̄a. ¶ Deinde cū dicit. (Propō aut
 enunciatiōis est) quia mentionē fecerat de ppōne ime-
 diata dices eas eē demōstratōis p̄ncipiū. ideo ad decla-
 rationē dictoz duo facit. quia p̄mo determinat de ipsa
 ppōne. r de imediato p̄ncipio ibi (Immediati aut p̄n-
 cipiū) Ad euidentā p̄me partis sciendū q̄ in diffinitione
 ppōnis ponit enūciatio. in diffinitōe enūciatiōis ponit
 p̄dictio. nō ḡ pōt quis sufficiēter determinare de ppōne
 nisi determinet de enūciatiōe. nec de enūciatiōe nisi de-
 terminet de p̄dictōe. volens ergo phs determinare d̄
 ppositione tria facit. qz p̄mo determinat de ppōne. r
 de enūciatiōe. r de p̄dictōe. secunda ibi (enūciatio v̄o)
 tertia ibi (p̄dictio aut) Prima pars diuidi potest i ptes
 duas quia p̄mo diffinit quid est ppositio. r diuidit p̄-
 pōnem in dyaleticā r demōstratiuā ibi (dyaletica s̄lr)
 Dicit ḡ q̄ (propō ē altera pars enūciatiōis vnū de vno)
 su. significans. ¶ Deinde cū dicit. (Dyaletica s̄lr) di-
 uidit ppōnes in dyaleticā r demōstratiuā dices q̄ (dy-
 aletica aut) ppō (est s̄mlr). i. indifferēter (est accipiens
 quālibet) su. partē p̄dictiōis. r subdit q̄ (demōstratiua
 aut determinate) accipit (alterā partē qm̄ verū est) su.
 quod demōstrator accipit. ¶ Notādū at̄ q̄ illa ē imedi-
 ata ppō qua nō est altera pōz. r illō ē imediatū p̄ncipiū
 quo nō ē aliud p̄ncipiū prius phs ḡ fecerat de tribus
 mentionē. v̄z. de p̄ncipio demōstrationis. de ppositiōe
 r de imediato. sed hoc quod dico imediatum potest co-
 pulari vel cum ppōne. vel cum p̄ncipio. ideo phs ad
 declarationem dictozum determinat r de ppositiōe
 r de imediato p̄n? vt i diuidendo dicebat. ¶ Notādū
 etiā q̄ imediatū p̄ncipiū est in plus q̄ imediata ppositi-
 tio. nam oē quod nō demōstratur siue sit ppositio siue

fit definitio potest dici immediatū pncipiū. Immediata ḡ ppō ē duplex. dignitas ⁊ suppositio. s; immediatū pncipiū est triplex. vs. dignitas suppo ⁊ definitio. Cū ergo B quod dico immediatū possit copulari tā cū ppōne q̄ cum pncipio qz ē dare immediatā ppōem ⁊ immediatū pncipiū voluit tñ pbs diuidere immediatū pncipiū potius q̄ imediatā ppōnes. qz plus ē immediatū pncipiū q̄ imediata ppō. ¶ Notādum q̄ ē dīa inter dyaleticū ⁊ demōstratorē. nā vt dicit̄ circa pncipiū p̄mi thopicoꝝ. demōstratorē. i. demōstratoris fillus est ex veris. dyaleticus autē fillus ex pbabilibus cū ḡ semp altera ps dīctōis sit vera altera falsa. demōstrator qm̄ semp accipit verā semp accipit alterā pte determinate. iō ait q̄ demōstratiua ppō ē accipiens determinate alterā ptem dīctōis. Cuius rō ē qm̄ demōstrator semp accipit verā. et demōstratiua fillus semper est ex veris. dyaleticus vero qz sillogizat ex pbabilibus cuz quelz ps dīctōis aliquo mō posset eē pbabilis. vt pbabile erat q̄ medea diligeret qz fuit mater. ⁊ q̄ nō diligeret qz fuit iterficiens. iō dyaleticus h; viā ad vtrāq; ptem dīctionis. iō i lra dicit̄ q̄ dyaletica ppō est accipiens similiter. i. i. aifferenter quālibz ptem dīctōis. ¶ Dubitaret forte aliq; quomō ē ppō altera pars enūciatōis. ¶ Dicendū q̄ si bñ videre velimus quō ppō est altera pars enūciatōis videndum ē quō differit ppō pblema ⁊ enūciatio. Sciendūz est q̄ ppō idē est qd̄ quasi p alio positio. vnde ipse pmissa que ordinant̄ ad aliud vt ad cōclonē ppōnes dici debent. pblema vero est illud de quo ē questio ⁊ ad qd̄ ordinant̄ ppōnes. ppōnes ḡ sunt pmissa. pblemata aut̄ sunt conclusiones. ⁊ qz filli sunt ex pmissis ⁊ sunt de cōclonibus vel ad cōclones. Jō dicit̄ i pncipio thopicoꝝ q̄ orōnes sillogistice sunt ex ppōnibus de pblematibus. siue sūt ad pblemata. Jnde est ergo q̄ sunt equalia numero et de eodē ex qbus ff orōes sillogistice. i. pmissa. ⁊ de qbus sūt filli. i. pblemata. Dis. n. ppō pōt eē pblema ⁊ orō pblema ppō. qd̄. n. est pmissa i vno sillo pōt eē cōclō alio ⁊ cōuerso. ⁊ si B nō est verā i demōstratiuis. qz sūt qdā ppōnes idemōstrabiles q̄ ita sūt demōstratōis pncipia q̄ nō possunt eē demōstratōis cōclō. Jndubitātē tñ verā est i dyaletici. nā dyaletica ad oīz methodoꝝ pncipia est viā hñs vt i eodē pmo thopicoꝝ scribit̄. nulle ḡ sunt pmissa ⁊ nulla sūt pncipia q̄ nō possunt dyaletice pbari ⁊ q̄ nō possunt esse dyaletici filli cōclusio. ḡ dyaletice loquēdo eadē oīo aliter ⁊ aliter cōsiderata pōt eē pmissa ⁊ cōclusio ⁊ ppō ⁊ pblema. ¶ Aduertēdū tñ q̄ differit pblema. ⁊ cōclusio. nā pblema ē vt aliqd̄ pponit̄ tāq; dubitabile. cōclusio aut̄ est vt illud dubitabile p fillum cōcludit̄. pblema ḡ vtrāq; ptem cōtradictōis accipit qz qd̄ dubitabile dī. sub vtrāq; pte cōtradictōis ppōit̄ Jō pmo thopicoꝝ scribit̄ q̄ si dicas putas vt animal gressibile bipes sit definitio homis vel nō. pblema fit. ¶ Problema ḡ cū sit qdā orō dubitabilis vtrāq; partem accipit. s; si debeat illa orō dubitabilis p fillz cōcludi orō q̄ cōcludat̄ altera ps cōtradictōis. nullus. n. talis fillus est vnus ⁊ idē ḡ simul vtrāq; pte cōtradictōis cōcludat̄ nā elencus si vtrāq; ptem cōtradictōis cōcludat̄ nō est pprie fillus vnus s; magis ē filli plures. erit ḡ cōclusio altera ps pblematis qz pplema pponit̄ dubitationem sub vtrāq; pte cōtradictōis sed cōcludit̄ cōclusio altera ptem tñ. ¶ Dicamus q̄ sicut cōclusio est altera ps pblematis sic ppō est altera ps enūciatōis. nā sicut orō q̄ orō eē pblema dyaleticū anteq; cōcludat̄ p filluz pponit̄ sub vtrāq; pte cōtradictōis qm̄ aut̄ actu p fillum cōcludit̄ orō alterā pte cōcludi. Sic enūciatio dyaletica

q̄ orō eē pmissa vel debet eē ppō orō sub vtrāq; pte dīctionis proponi. quando autem actu ingreditur fillum. orō alterā ptem cōtradictionis accipere. erit ḡ ppositio q̄ dicit orōem pmissam vt ingrediat̄ sillogismū pars enūciationis. sicut cōclō que dicit orōnē vt actu cōcludit̄ p fillum est pars pblematis. ¶ Ulterius forte dubitaret aliq; q̄ ppō dyaletica nō videt̄ differre a ppōne demōstratiua. nā vt est p pcedētia manifestū. ppō q̄ tūcunq; sit dyaletica dicit enūciationē vt actu ingredit̄ fillum. hec. n. ē altera pars dīctōis tñ. nā vtrāq; pars dīctōis sit vnū ⁊ eundē fillum nō pōt ingredi. ḡ ppō dyaletica nō est accipiens quālibet partē dīctōis sed alterā tñ. ⁊ qz demōstratiua etiā alterā partē tñ accipit nō videt̄ differre hec ab illa. ¶ Dicendū q̄ q̄ tū spectat ad p̄ns differre videt̄ ppō dyaletica a ppōne demōstratiua. sicut futurū cōtigēs dī a futuro necio. In futuro enī cōtigēti nunq; simul verificabit̄ vtrāq; pars dīctōis. nā vt erit cras nauale bellū vel nō erit. vel incidet̄ tunica vel nō incidet̄. nō. n. pōt simul eē ⁊ nō eē bellū nauale. nec pōt simul tunica incidere ⁊ nō incidere. ḡ orō in futuris cōtingentibus verificari alterā partē dīctōis tñ. sicut ⁊ in futuris necessarijs. aliter tñ ⁊ aliter. qz in futuris necessarijs est determinata veritas. ⁊ orō verificari alterā partē determinate. vt si dicā. cras oriet̄ sol vel nō oriet̄. orō verificari hanc partē determinate q̄ erit solis ortus. sed i futuris cōtingentibus s; oporteat solū vnā partē dīctōis verificari nō tñ est hoc determinate. nō enī dicere possuz q̄ oīo ⁊ penitus tunica incidet̄ nec q̄ nō incidet̄. sed pōt incidere ⁊ nō incidere. Sic ⁊ in pposito tā ppō dyaletica q̄ etiā de demōstratiua accipit alterā partē dīctōis. sed demōstratiua accipit alterā partē determinate. eo q̄ semp accipit verum. s; dyaletica s; accipiat alterā partē tñ. nō tñ accipit eā determinate. qz pōt accipere tā partē verā q̄ falsā dū tñ accipiat eā sub rōne pbabili. Differt ḡ enūciatio vel pblema dyaleticū a ppōne vel cōclōne demōstratiua qz enūciatio vel pblema dyaleticum accipit vtrāq; partē dīctōis. ppō vero dyaletica accipit alterā partē dīctōis. sed ideterminate. qz pōt accipere hāc vel illā Sed ppō demōstratiua accipit alterā partē dīctōis determinate. qz orō demōstratorē accipere partē hāc. vs. verā. q̄ nullo mō pōt accipere pte illā. i. falsam. ppō ergo demōstratiua erit si determinate dicat̄ hoc est vel hoc nō est. ppō vero dyaletica eo q̄ nō accipit determinate alterā partē erit si cum dubitatōe ⁊ formidine alterius partis pferat̄. vt puta si dicat̄ est ne hoc vel ē ne aīal gressibile bipes definitio hoīs. pblema aut̄ dyaleticū si nō soluz cū dubitatōe pferat̄ sed et si alterā ptem cōtradictōis pphendat. vt puta si dicat̄. putas vtrum aīal gressibile ⁊ bipes est definitio hoīs vel nō. p; ḡ q̄liter differt ppō dyaletica a demōstratiua. ⁊ qualr̄ he ab enūciatōe ⁊ pblemate distinguūt̄. ¶ Deide cū dicit̄. (Enūciatio vō.) definit quid est enūciatio. d. q̄ (enūciatio nō quālibet partez cōtradictōis.) su. accipit. ¶ Notandū aut̄ q̄ enūciatio accipit quālibet partē cōtradictōis. ⁊ ppō dyaletica accipit quālibet partē dīctōis. aliter tamen ⁊ aliter. qz enūciatio accipit quālibet partem simul. s; ppō dyaletica dicit̄ accipere quālibet partē. nō qz accipiat vtrāq; pte si. s; qz accipit alterā pte ideterminate. pōt. n. dyaletica ppō accipere quācūq; partē dīctōis vult cū habeat dyaleticus viā ad vtrāq; ptem cōtradictionis. bene ḡ dicit̄ est q̄ ppō est altera pars enūciatōis cum enūciatio possit accipere vtrāq; partem simul qz vtrāq; ps cōtradictōis potest enūciari. ppositio vero accipiat alterā pte dīctōis tñ. p̄possumus. n. enūciare q̄ oīs

Posteriozum

hō est aial vel nō est aial. sed nunq̄ ppōnes igrediētes sillogismū accipient̄ hoc mō. vt dicamus. ois hō ē aial. vel nō est aial. ⁊ omne risibile est hō vel non est hō. sed altera ps enunciationis affirmatiua vel negatiua igre diū sillyz. ¶ Deide cuz dicit. (Cōtradictio aut.) diffinit qd est cōtradictio. ⁊ ēt diffinit vel describit qd est cōtradictiois pars. vt qd est affirmatio ⁊ qd est negatio. d. q. (Cōtradictio at ē oppō cuius nō ē mediū fm se.) ⁊ subdit (pars aut cōtradictiois q̄ ē aliquid de aliquo). i. q̄ p̄dicat aliquid (est affirmatio). i. vocat ppō affirmatiua (que vocat aliqd ab aliquo). i. ps cōtradictiois que remouet aliqd ab aliquo (negatio est). i. vocat negatiua ppositio

¶ Notādū at q̄ cōtradictio hz duas pres. affirmatōez videlicet ⁊ negationē. sed affirmatio est q̄ p̄dicat aliqd de aliquo. negatio vō que remouet aliquid ab aliquo.

¶ Dubitaret forte aliquis quō cōtradictio sit oppositō vel sit spēs oppōnis cuius nō est mediū f3 se. ¶ Dicēdū q̄ illud est fm se tale qd est maxie tale ⁊ qd ē poēm modū tale ⁊ est cā ⁊ rō q̄re qdlibz aliud sit qd tale. nā illud qd est f3 se tale ⁊ quidē maxime tale ē rō oiu3 alioz. vt ignis qz est maxime calidus est rō ⁊ cā omniū calidoz. Letera. n. alia itantū sunt calida in q̄tū p̄cipant nām ignis vt pōt patere ex z. metha. cōtradictio g d̄r nō h̄re mediū fm se. qz p̄ omnē modū caret medio ⁊ est rō q̄re aliq̄ p̄cipat aliqd de carētia medij. Propter qd sciendū q̄ q̄tum ad p̄sens spectat duplex est mediū. v3. mediū fm formā ⁊ mediū fm subm. addit̄ aut ab aliq̄bus ⁊ tertius modus medij. v3. fm tps. sed hoc i idē quodā mō incidit cū medio fm subm. Scdm̄ ḡ hunc modū loquēdi dicemus q̄ cōtraria mediata p̄ omnē modū h̄nt mediū tā fm formā q̄ fm subiectū. P̄ia vero imediata ⁊ opposita p̄uatiue aliquo mō h̄nt mediū ⁊ aliquo mō nō h̄nt mediū qa nō h̄nt mediū fm formā s3 fm subm. Cōdicioia vero sunt p̄ omnē modū imediata ⁊ nullo mō h̄nt mediū nec fm formā nec fm subiectū. nā album et nigr̄ q̄ dicunt̄ cōtraria mediata h̄nt mediū fm formā qz repit̄ media forma ⁊ color medius iter albū ⁊ nigrū vt fuscū ⁊ pallidū. h̄nt etiā mediū f3 subz qz repit̄ subz aliqd qd ē oio absq̄ colore qz nec ē albū nec nigr̄ nec ēt aliq̄ colore coloratus vt aer ⁊ aq̄ et hō corpa dyaphana. Contraria vero imediata non h̄nt mediū fm forma. qz nō reperit̄ forma media nec dispō iter sanū ⁊ egrū. nisi forte vellemus loqui modo medicoz ponētū dispōnē q̄sdam quā vocāt neutrū eē mediā inter sanitatē ⁊ egritudines. p̄pter quod dicunt̄ medicinā eē rectū regimē sanoz egroz ⁊ neutroz. Est tñ inter sanū ⁊ egrū mediū fm subiectū qz repit̄ subiectū aliquod quod nec ē sanū nec egrū vt lapis ⁊ ferrū. Sic etiā p̄uatiua nō h̄nt mediū fm formā. qz inter vitā ⁊ mortē. inter cecū ⁊ vidētē nō ē media forma. est tñ ibi mediū fm subiectū. qz repit̄ tur subiectū aliquod quod nec ē cecū nec est videns vt lapis ⁊ etiam catulus ante nouē dies. Cōtradictoria vō nullo mō h̄nt mediū nec fm formā. qz nō repit̄ forma media inter affirmationē ⁊ negationē. nec etiā fm subiectū. qz nō reperit̄ subiectū aliquod de quo nō vificef̄ affirmatio vel negatio. imo etiā de ipō nibilo verificaf̄ hoc vel illud. Cōtradictoria ergo dicunt̄ eē fm se imediata. quia sunt per oēs modū imediata. ⁊ nullo modo reperit̄ mediū inter ipsa. ⁊ etiā sunt rō quare alia aliquid participant de immediatōe. nā in alijs oppōnibus repit̄ alijs modus immediatōis iquātū in eis reseruat̄ aliquid de cōtradictōe. vt inquantū vnū oppositoz hz rōnē affirmatōis. aliud vero negatōis. ¶ Deinde cū dicit. (fm mediati aut p̄ncipy) determinat de immediato p̄ncipio.

Ad cuius euidentia sciendū ē q̄ sicut determinādo de p̄ pōne prius diffinit quid est p̄positio. ⁊ postea diuisit̄ ppōnē in dyaleticā ⁊ demonstratiuā. sic determinādo d̄ p̄ncipio immediato forte p̄us determinādū eēt quid ē hō p̄ncipiu. postea diuidedū hō p̄ncipiu i suas partes. attri per iam dicta est aliquo modo patefactū qd est imediata p̄ncipiu. nā cū supius declarabat qd est imediata p̄positio ⁊ dicebat q̄ hō p̄pō est qua nō est alia p̄or aliquo mō ondebaf̄ quid est immediatū p̄ncipiu. nam immediatū p̄ncipium est quo nō est alterum prius. In determinando ergo de immediato p̄ncipio nō diffinit sed solum diuisit̄ in suas partes. Circa quod duo facit. quia p̄mo diuidit̄ immediatū p̄ncipiu in dignitatē ⁊ positionē. ⁊ diuidit̄ positionē i supponē ⁊ diffinitionē. ibi. (positōis at) Dicit̄ ḡ q̄ (immediatū p̄ncipy sillogistici) su. vnū mēbrū vel vnā p̄tē (dico positionē qua nō est). i. nō cōuēit (mōstrare) qz est idemōstrabilis. (nec necesse est eā h̄re aliquē docēdū). aliud su. mēbrū vel aliaz p̄tem p̄ncipy immediati (quā necesse est h̄re quēlibet docēdū). i. quēlibet discipulū. (dignitatē vel maximā ppōnē) su. voco q. d. q. filli demonstratiui duplex est p̄ncipiu immediatū. vnū quod vocat̄ positio quod nō ē necesse h̄re quēlibet discipulū nec ēt pōt demonstrari. aliud vero quod vocat̄ dignitas q̄ est idemōstrabilis sed necesse ē eā h̄re quēlibz docēdū ⁊ subdit q̄ (sunt aut̄ quedā) ppōnes (q̄ sūt hō) .i. q̄ sunt ita p̄se note q̄ necesse est eas h̄re quēlibz docēdū ⁊ addit q̄ (be. n. maxie i huiuscemōi cōsueuimus nomē d̄re). q. d. q. be. n. ppōnes q̄ sūt tales in hō ppōnibus cōsueuimus dicere nomē maxie. i. cōsueuimus eas appellare nomine maxime. ¶ Notādū q̄ dignitas ⁊ positio aueniūt ⁊ differūt. cōueniūt q̄dez qz tā dignitas q̄ positio nō pōt demonstrari. vtraq̄. n. est filli demfatiui p̄ncipiu immediatum ⁊ indemonstrabile. differunt autem quia positionem non est necesse h̄re quēlibet docēdū .i. quēlibet discipulū. dignitates vero necesse ē habere.

¶ Notandum etiā q̄ ponit̄ circa finem secūdi elencōto p̄ncipia sunt minima q̄stitite ⁊ maxia virtute. imo q̄to p̄ncipia sunt vltioza tanto paucioza numero ⁊ maioza virtute. igif̄ cum dignitates sint valde ppōnes ⁊ mltā sunt virtute. hā ḡ dcm̄ est q̄ hōyles maxime vocari debēt. qz ad multa se extēdūt cōsueuimus nomē maxime dicere. ¶ Dubitaret forte alijs quō dignitates necesse est habere quēlibet docēdum. pōnē autē nō est necesse habere. Dicendum q̄ fm cōmen. in. z. de aia. intellectus ⁊ sensus in veritate rerum mō opposito ferunt̄. qz intel lectus nō errat circa cōia. tñ errat circa pp̄ria. sensus at̄ ecōtrario. qz nō errat circa pp̄ria. errat autē circa cōia. apud intellectum ḡ que sunt cōia sunt quasi nota ⁊ manifesta. qz sunt velut locus iante in domo quem nullus ignorat. statim ḡ cum incipimus habere rōnis vsum of ferunt se intellectui n̄ro hō cōia. nā fm auicē. p̄mū quod imp̄mit̄ intellectui n̄ro est ens ⁊ eē. hō ḡ termini cōes vt sunt ens. totum. pars. equale ⁊ inequale ⁊ cetera hō statim imp̄munt̄ intellectui n̄ro. ⁊ statim cū incipimus habere rōnis vsum hoz terminoz rōes coḡscimus. Et qz dignitates ⁊ veritates eaz fundate sunt in cōibus hoz terminoz. iō statim cum incipimus h̄re rōnis vsum sūt nobis aliquo modo note hō dignitates. Et qz puer ante rōnis vsum nō pōt eē auditor scie. ⁊ nullus pōt aliq̄ez docere sciam anteq̄ habeat rōnis vsum. iō prius o3 discipuluz docēdus eē instructus in hō cōibus q̄ addiscat aliq̄ sciam. pōnem at̄ nō necesse est habere quēlibet docēdū. nā hō positōes fundate sunt i rōnibus specialiu terminoz quas nō o3 p̄scire quēlibet docēdū. possumus